Philelphus, Franciscus : [Epistolae] Epistolare
[Basel: Johannes Amerbach], [ca. 1492] 



Papia.xv.Kal.decembres.M.cccc.Li.
Fracis.Phil.Petro Thomasio philpsopho ac medico sal.
q Vod nudiusquartus alijs litteris tibi significaui: Ticinu cocessi: Nullus em opportunior locus potuit offerri Mediolanesis pestiletiæ strage effugere cupieti: Nam nec licebat abire longius. Te igit uæbemeter rogo ut ad ea mihi respondeas: quæ sæpius in uniuersum sextile ex meis litteris accipere debuisti: Id erit mihi gratissimu. Vale ex Papia.xij.Cal.Decembres.M.cccc.Li.

Franciscus Philelfus Ciccho calabro ducali secretario salutem.

g Raue mihi & pmolestu e ea premi necessitate: ut principe nostru linquere oino cogar. Quid enim frustra tam inutiliter diutius tepus teram? Video me nostro principi esse carissimum: non tam meis meritis q benignitate sua. Quid em mereri aliud studeam q pro dilectione fidem pietateq referre? Ad Apollinis citharam musæ canunt. Qualis sonus talis etia catus. Nihil mihi eorum oim obseruat: quæ uel gratissimus uel munificentissimus princeps iussit: Itaq iam hinc incipio rebus meis cosulere. Nisi breui constituta pecunia responderit: me alioru principu æri obstringa: apud quos post anni curriculu cum primu uer aduenerit: me recipia: Sic em ueluti spe promissioneq delusus neq principis gloriæ studeo neq meæ: Na eger animus studiosis in rebus imortalitateq molietibus recte agere nihil quæat. Traquillum esse ingeniu lætumq oportet: siquid aut egregij aut magni ex sese uelit educere. Breui quid facto sit opus: potes intelligere. Vale ex Papia.v. Calen.Decembres.M.cccc.li.

Franciscus Philelfus Nicolao Varoni sal.

e T si ad quintudecimum Cal.Decebres scripsi ad te: quatu p tepore opus fuerat: tamen quia sum nescius acceperis ne an minus acceperis litteras meas: uolui rursus eade tecu agere. Pliniu de naturali historia uæbementer cupio. Audio hunc esse apud uos diligenter emendatum. Si istiusmodi exempli facultas mihi futura sit idq ferrariæ: curabo qprimu excribi. Nec enim dubito studiosum istic

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-153/0310
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG